Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



LV

Et quod signũ cum fieri ceperint.
Qui dixit. Videte ne seducamini.
Multi enim venient in nomine meo di
centes. quia ego sum: et tps appro
quabit. Nolite ergo ire post illos.
Cum ergo audieritis prelia et se
ditiones: nolite terreri. Oportet enim
primũ hec fieri: sed non dum statim
finis. Tunc dicebat illis. Surget
gens contra gentem. et regnũ adversus
regnũ: et tremotus magni erunt
per loca. et pestilentie et fames. terroresq;
de celo. et signa magna erunt. Sed
ante hec omnia imicent vobis manus
suas. et persequentur: tradentes in sy
nagogas. et in custodias. trahentes ad
reges et presides propter nomen meum.
Continget autem vobis in testiõm.
Ponite ergo in cordibus vris nõ pre
meditari quemadmodũ responderatis.
Ego enim dabo vobis os et sapiam:
cui non poterunt resistere et contradicere
omnes adversari vri. Tademini autem
a parentibus et fratribus et cognatis et
amicis: et morte afficient ex vobis.
Et eritis odio omnibus hoibus propter
nomen meũ. Et capillus de capite
vro non peribit. In patientia vra
possidebitis aias vras. Cum autem
videbitis circũdari ab exercitu ierlm.
tunc scitote q; appropinquabit deso
latio eius. Tunc qui in iudea sunt
fugiant in montes: et qui in medio
eius discedant. Et qui in regionibus
non intrent in eam: q; dies vltionis
hi sunt: ut impleantur oma q scrip
ta sunt. Ve autem pregnantibus et
nutrientibus in illis diebus. Erit enim
pressura magna super terram. et ira populo
huic. et cadent in ore gladii. et captiui
ducentur in omnes gentes. et ierusalem
calcabit a nationibus: donec impleam
tur tpora nationũ. Et erunt signa
in sole. et luna et stellis. et in terris pres
sura gentium. p confusione sonitus
maris et fluctuũ: arescentibus hoibus
p timore. et expectatione que sup
venient universo orbi. Nam virtutes
celorum movebuntur. Et tunc videbunt
filium hominis venientem in nubibus
celi. cũ potestate magna. et maiesta
te. Hec autem fieri incipientibus: re
spicite et levate capita vra: quia a
propinquat redemptio vra. Et dixit
illis similitudinem. Videte ficulneam et
omnes arbores. cũ producunt iam exile
fructũ: scitis q; prope est estas. Ita et
vos cũ videritis hec fieri: scitote quia
prope est regnũ dei. Amen dico vobis:
quia non preibit hec generatio do
nec oma fiant. Celum et terra tran
sibunt: verba mea non transibunt.
Attendite autem vobis. ne graventur
corda vra in crapula et ebrietate. et cu
ris huius vite: et superveniat in vos
repentina dies illa. Tanquam laqueus
enim superveniet. in omnes qui sedet super
faciem omnis terre. Vigilate itaq; om
ni tpore: ut digni habeamini fugere
oma ista que futura sunt: et stare
ante filium hois. Erat autem diebus
docens in templo: noctibus vero exiens
morabatur in monte. qui vocabatur
oliuet. Et omis populus manicabat ven
re ad eum in tplo: et audire eum. XXII.
Appropinquabat dies festus
azimorum. qui dicitur pasche.
Et querebant principes
sacerdotum et scribe. quomodo eum in
terficerent. Timebant vero plebem.
Intrauit autem sathanas in iudam
qui cognomi dicebatur scariothis. unũ

ante

XXIIII.